Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Adorate eum omnes angeli eius
audiuit & letata est sion. Et ex
ultauerunt filie iude propter iudicia
tua domine. Quoniam tu dominus
altissimus super omnem terram in
mis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odite ma
lum custodit dominus animas ser
uorum suorum de manu peccatoris li
berauit eos. Lux orta est iusto &
rectis corde letitia. Letamini iusti
in domino & confitemini memorie sanc
tificationis. Ps. Ca

Cantate domino canticum nouum quia
mirabilia fecit. Saluauit ei dexteram
eius & brachium
sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum
in conspectu gentium reuelauit iusti
ciam suam. Recordatus est misericordie
sue & ueritatis sue domui israel. Vi
derunt omnes fines terre salutare
dei nostri. Iubilate deo omnis
terra cantate & exultate & psallite
psallite domino in cithara in cithara
& uoce psalmi in tubis ductilibus
& uoce tube cornee. Iubilate in
conspectu regis domini mouea
mare & plenitudo eius orbis terrarum
& uniuersi qui habitant in eo. Flumina
plaudent manu simul montes ex
ultabunt a conspectu domini quo
niam uenit iudicare terram. Iu
dicabit orbem terrarum in iustitia
& populos in equitate.

Dominus regnauit irascantur
populi qui sedes super cherubim
mouea tur terra. Dominus in sion
magnus & excelsus super omnes po
pulos. Confitebuntur nomini tuo
magno quoniam terribile & sanctum
est & honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones iudicium &
iustitiam in iacob tu fecisti. Exal
tate dominum deum nostrum & ado
rate scabellum pedum eius quoni
am sanctum est. Moyses & aaron
in sacerdotibus eius & samuel in
eos qui inuocant nomen eius.
Inuocabant dominum & ipse exau
diebat eos & in columpna nubis lo
quebatur ad eos. Custodiebant
testimonia eius & preceptum quod
dedit illis. Domine deus noster
tu exaudiebas eos deus tu propitius
fuisti eis & vlciscens in omnes ad
inuentiones eorum. Exaltate domi
num deum nostrum & adorate in
monte sancto eius quoniam dis
deus noster. Ps. in Confessione.

Iubilate deo omnis terra
seruite domino in letitia. Intro
ite in conspectu eius in exultatione.
Scitote quoniam dis ipse est deus
ipse fecit nos & non ipsi nos. Popu
lus eius & oues pascue eius introite
portas eius in confessione atria eius
in ymnis confitemini illi. Laudate
nomen eius quoniam suauis est dis
in eternum misericordia eius & usque in generacio
ne & generacionem ueritas eius.

Misericordiam
et iudicium cantabo tibi
domine. Psallam & in
tellegam in via immaculata quando
ueniet ad me. Per ambulabam